

imprægnetur, seminant extra vas. verum si vna vice tantum intra seminae-
rint, sufficit ad contrahendam affinitatem, & matrimonium consummandum,
si autem vir intra feminauerit, & mulier non, Panormitanus, Silvester verbo
matrimonium 8. §. 15. Petrus de Palude, & Federicus. cōfilio 290. dicunt, quod
contrahunt, & matrimonium dicitur consummatum; quia credunt feminam
posse concipere, ex sola seminatione viri, quamvis ipsa non seminat. Sed In-
nocentius Hostiensis in summa, & alij dicunt, quod non; Sed credo, eorum diffe-
rentiam nasci ex varietate intelligendi, quid semina in generatione ministret,
si seminat, an non; ideo omisla illa questione, inter doctores, an foemina con-
currat passiue tantum ad generationem, vt vult Aristoteles, an actiue, vt sen-
tit Galenus, vnum pro certo habetur, quod foemina aliquid ministrat quod
eum semine viri concurrit ad generationem, & formationem embrionis, qui
postea organizatus, fit homo, siue illud sit semen, quod habeat aliquid actiui-
tatis, minus tamen principaliter, quam hominis semen, & aliquid materialita-
tis, siue sit sanguis menstruus, vt auctu, loco seminis, siue aliquid aliud a natu-
ra preparatum, ad humanam generationem aptum, quod se teneat ex parte
materna, vt vult alia opinio; dico (aptum) sufficit enim, quod ex illo, vna cum
semine viri in vnam collato, ad locum prolixi procedenda, sint apta nata gene-
rate; quamvis non semper generant, vel propter indispositionem vel loci, id est
matricis, vel feminis viri, vel mulieris: quidquid sit illud.

Vnde si foemina, coeundo nihil emitit: non dicitur consummatio, & affi-
nitatem contraxisse: quod accidere potest dum homo, propter nimiam renu-
caliditatem, vel aliud, cum attingit vas statim seminat, antequam mulier, per
spiritus missionem in membrum genitalium tumorem, & delectationem caufan-
tum, aliquid in illo coitu coagat, coire namquam est simul ire, id est ambo
conferre id, quod ad formationem fetus requiritur. Vnde falsum est, quod di-
cit Silvestris loco supra citato, scilicet quod quomodo cumque semen viri intra-
nerit, clausura pudoris affinitas contracta sit, & magis a ueritate aliena sunt
exempla, que adducit de balneis, & Dæmonie incubo dicens, quod si foemina
in balneis per vulvam absorberet semen iuuenis seminatum in aquam balnea-
lem, conciperet, sicut quandoque concipit per semen hominis, aliunde afor-
matum, per Dæmonem incubum, & immisum in uterum matricis, hoc enim
est contra philopham.

Auerroes namque in lib. de Genera. Anim. dicit, quod homo habens mem-
brum longum difficulter generat: nam dum semen defertur per virgam, in
illa mora, eius caliditas aliquantum resolutior, ita, vt non sit amplius
ad generationem aptum, quanto magis erit resolutum, dum est emulsum
in aquam?

Idem dicendum, dum asportatur per Dæmonem a longinquo. Et esto, quod
sit verum, quod attribuitur Dæmoni incubo ab aliquibus (ego autem nunquā
tale in auctore authetico legi, nisi quod August. 15. de ciui. Dei afferit, se audi-
uisse a viris expertis, Dæmones sapienter concubuisse cum mulieribus, sed quod per
illos cōcubitus generint, non est certum. & D. Th. de hoc loquitur sub dubio
in prima parte, q. 51. art. 3. in resp. ad sextum argum.) tamen hoc non fieret
sine seminatione mulieris. Dæmon namque acepiens corpus aereum, per aeris
condensationem formatum, & figuratum, vt homo agit concubitum cum
muliere, qui modus dicitur incubus, & formans corpus mulieris, agit cum viro,
& in hoc dicitur subcubus, quo actu excitat spiritus venereo mēbris genitalis
mulieris, & cum illa delectatione, & imaginatione, mulier, putans se agere cum
homine, emitit semen, de quo supra dictū est, & in illa emissione, Dæmon ac-
cepit semen viri, cui est subcubus, & immisit in uterum mulieris, ex qua mi-
serit.

Panormit.

Silvester.

Petrus.

Federicus.

Innocen.

Hostiensis.

alij.

Author.

Foemina

quid min-

strat in ge-

neratione.

Quare fe-
mina non
semper ge-
nerat.Corre unde
dicitur.Dæmon in
cubus.

Averroes.

Dæmonis
incubu-
ristas.Dæmon quo-
modo appa-
ret in for-
ma huma-
na.

incubus.

subcu-

bus, quid

sunt.

done